

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Speculum Quaestionum moralium, in universam Aristotelis philosophi summi Ethicen

Case, John

Francofurtum, 1597

VD16 C 1242

Cap. IX. - An sit difficilimum esse studiosum? [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-109038](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-109038)

*An sit difficilimum esse studiosum?
An omnis declinatio à medio sit vituperanda?*

Medium in-
uentu diffi-
cilimum.

PRÆCLARVS & insignis hic liber Ethicorum utili & salutari consilio clauditur, vt nempe ad virtutis portum nauigantes, fumum & flammam, Circeem & Syrenem fugiamus. Vetula enim & venefica est Circe, quæ homines in porcos & monstra transfert. Insidiosa est Syren quæ dulciter cantando multos in perniciem allicit: fumus & flamma, viria animi quibus fallimur: Circe & Syren affectus quibus fasciamur, nobis ad vitium præferunt: hinc liquido patet omnium difficilimum esse virtutis arcem attingere & salutare. Quare vt sciētis solūm est in circulo inuenire centrum, ita sapientis solūm est in affectibus reperire medium, nedum seruare. Quid ergo? an Medusæ obiecto capite est deficiendum? nullo modo: dulcia non meruit qui non gustauit amara, laboris ac difficultatis ægritudinem spes optimæ foelicitatis adimit.

mit. Nam vt extremis cruciatibus parturientes prolem editam ardentius amāt, ita magnis laboribus emptę virtutes studiosos vehementiūs capiunt atque delectāt: sed quę sint istę tot & tantę difficultates, quę tot & tātę in via virtutis tricę ac impedimenta fortasse quęris? Attende & verbo audies. Inprimis tecum considera peruersitatē naturę, quę semper veluti, rebellis & contumax in studio ac contēplatione virtutis fuit: hinc propone ob oculos sęuos vel poti⁹ insanos fluctus multorum affectuū, qui in pectore humano quasi tumultuātes, omnem rationis vim retundere, omne virtutis lumen extinguere conantur. Huic adde perniciem Paridis ac Troianorum ipsam Helenam (voluptatē intelligo) quę Cupidinis arcu frera, Herculē à bello ad Omphaliam, Aristotelē à studio philosophię ad Herpillem, Martem à superiorū sedibus ad venetis amplexū compulit. Quid multis? hęc est quę serenitate meretricię frōtis summos, medios, infimos sapē deludit, & in præcipitia vitiorum atque infamię trahit. Postremò si placet per pēde ludi-

Quę sint impedimenta ad virtutē parandī vitā. Naturę prauitas: affectuum sęuitia.

Voluptatura illecebrę.

Ludibria for-
tunæ.

ludibria fortunæ, & errata anima: illis in-
fecti contabescimus, his conspurcati pe-
nitus insanimus: lubrica enim sunt vesti-
gia fortunæ, infinita sunt flagitia animæ,
& hæc & illa medium quærentibus sunt
admodū infesta ac perniciofa: sequitur
ergo virtutē tot malis ac periculis obli-
tam maxima cū difficultate à nobis ac-
quiri posse, & acquisitā possideri. Cate-
rūm ne in biuio quasi ancipites & hære-
tes non relinquat philosophus, in calce
huius postremi cap. rationē demonstrat,
qua vti facile poterimus istorum malo-
rū metu & procellis liberari. Nam vt fa-
ciunt illi qui contorta ligna in rectū di-
rigunt, ita nos vel à natura ad aliquod vi-
tium propensi, vel malè viuendi cōsue-
tudine corrupti animos ad rectum, id est
ad medium debemus flectere & reuoca-
re. Hoc autē (vt docet) expeditiūs facie-
mus, si in primis voluptatis faces restin-
guere, tum si illud vitium quod est medio
maximè repugnās fugere, postremò si a-
nimatorum nostrorum impetū ad hoc vel
illud scelus perpetrandum diligēter anim-
aduertere & fortiter retardare conemur.

Vlti-

Aditus ad vir-
tutem facili-
or quomodo
possit reddi.

Vltimū quod in hoc libro agitur est p̄cedentium veluti epiphonēma, nimirū quòd omnis defectio à medio non sit reprehensione digna: hoc dicit non quòd minima non sit in vitio, sed quòd parum decorū egredientes, nō t̄a apertè ac euagantes longiùs oculis hominum obuertentur. Illi enim plerumq; ex infirmitate, hi ex malitia peccant & offendunt: illi ergo ex candore animi ad veniā sunt recipiendi propter facti p̄nitētiā, hini-
gro (vt aiunt) carbone notandi propter contumaciā: est enim labes animi in p̄nitentib. & infirmis nequus ac error, est in cōtumacib. & malitiosis scelus ac furor.

Defectio omnis à medio non protinus vituperanda videtur.

Difficultas
assequendi
virtutes,
cernitur,
vel in

Corruptione naturæ, quæ est procliu-
ior ad malum semper,
Oppositione vitiorum, quæ vtrinq;
virtutis arcem inuadunt.
Oppugnatione affectuum, qui nos à
recta ratione impetu quodam auocant.
Delectatione rerum externarum bo-
norumq; fortunæ, quibus plerumq; ni-
mium addicti sumus & mancipati.

Omnis le-
uiuscula de-
clinatio à
medio nō
est semper
culpanda,

Quia infirmi sumus, & lenitatis poti-
us manu quàm seueritatis ferro ad p̄-
nitentiam reuocandi.
Quia nō longiùs à medio dirigentes,
malè agendi exemplo, quod vix ab alijs
animaduertitur, alios minùs offendimus,

Opp.

Opp.

Studiosum esse est omnium maximè incundum & delectabile. teste philosopho in hoc libro: ergo studiosum esse non est maximè difficile. Nam difficile molestiam, delectabile letitiam parit.

Resp.

Omne difficile non est molestum.

Studiosum esse non dicitur omnium difficilimum in possessione ut aiunt, sed in acquisitione virtutis, cuius radix amara ut ait Ifoerates, fructus verò dulcissimus. Praterèa respondeo omne difficile non esse molestum, nisi per se consideretur: molestiam enim omnem difficultatis animus spe boni incitatus facile deuorabit.

Opp.

Res qualibet facile (ut ait philosophus) fertur ad suum proprium obiectum: sed propriū obiectum voluntatis est verum bonum, ut probatur in 4. cap. huius lib. ergo medium quod est verum bonum inuenire non omnium difficilimum.

Resp.

Animus mole corporis impeditur quò minus verè bonum possit discernere.

Ut oculus laesus rectè de suo obiecto non iudicat, ita animus mole istius corporis pressus ac impeditus, facile quod verum quodq; bonum est non discernit, quare et si obiectum voluntatis sit perfectè bonum, ut intellectus obiectum est perfectè verum, tamen uterq; sic, ut supra probatur, vulnerari potest, ut neuter rectè suum officium faciat.

Opp.

Opp.

Conseruatio natura in virtute, corruptio in vitio
cernitur: ergo in natura, qua conseruationem, nõ per-
niciem sibi exoptat, non est vlla difficultas inueniendi
medium.

Resp.

Fatendum est naturam magis in gremio virtutis
quàm vitiositate conseruari: veruntamen dulci inna-
ta voluptatis veneno infecta, pronior ac magis præ-
ceps ruit in malum quàm in bonum: istius enim blan-
ditijs delinita & quasi obcecata, sapius ad Charyb-
dim vitiorum, quàm ad asylum & portum virtutis
rapitur.

Voluptas na-
turam inficit.

Opp.

Omne vitium est culpandum: sed omnis declinatio
à medio est vitium: ergo omnis declinatio à medio est
culpanda, maior patet, minor probatur, quia omnis
declinatio à medio est aut excessus aut defectus: Sed om-
nes excessus aut defectus sunt vitia, ergo omnis de-
clinatio à medio est vitium.

Resp.

Certum est omnem declinationem esse vitiosam, Declinatio
nec non vituperandam: caterum propter causas supe-
rius allatas, si sit leuior minusq; conspecta reprehen-
denda non videtur. leuis.

Opp.

Quemadmodum in morbis corporis obstandum &
occurrendum est principijs, ita vel maxime in morbis,
M id est,

id est, in vitijs animi, sed expeditius vitio obstare non licet, quam primum veluti lapsus ac declinationem in vitium reprehendere: ergo omnis declinatio quamuis leuisscula est vituperanda: maior est à minore ad maius: minor ratione probatur, quia mali potius metu, quam suasu emendantur: sed declinantes à medio mali sunt (vt antea ostenditur) ergo metu potius reprehensionis quam suasu sapientis emendantur.

Resp.

Declinationum
culæ multi-
plicatæ mole
atrocis flagi-
tij adæquantur.

Concedendum est minutulas declinationes animum nõ minus corrumpere multitudine, quam atrocta scelera & flagitia sua mole & magnitudine. Nam vt musca si multa sint bouẽ suffocant, & arena numerose nauem submergunt, ita isti à medio digressiuncula (quantulacung, sint) si numero accreuerint, nõ minus scelestum & facinorosum reddunt, quam quæ confectiora habentur. Verum enimuerò si multoties isti casus lapsusq, ab arce virtutis non fiant, conuiuendum potius quam inronandum esse suadet philosophus. Immane enim est candente ferro vti, cum oleo placide vulnus sanare possis.

Opp.

In postrema parte huius capituli expressè dicit philosophus nos consequi posse medium facillimè, ergo non est difficilimum id ipsum inuenire.

Resp.

Facillimè nos consequi posse id quod rectum perfectumq,

Et unq̄ sit fatemur, postquam ultrocitroq̄ animos no-
 stros ab extremis medium versus laudabiliter desexi-
 mus: tum enim dulcedine fructus illecti, omne via ta-
 dium facile superamus: quippe est in primo ingressu
 huius itineris labor, amor in progressu, in fine & por-
 tu honor. labor difficultatem parit, de qua ante philo-
 sophus dixit, amor & honor viam facilem reddunt, de
 qua hic meo iudicio loquitur.

Vfus prom-
 ptos facit.

LAVS DEO:



M 2 LIBER